

www.e-rara.ch

**Epicedia piis manibus nobilissimi & consultissimi, d. Io. Vilhelmi
Paieri, patricii Scafhusiani, in utrosque iure doctorandi, in ipso
aetatis flore praemature obitu abrepti**

Screta, Friedrich Lucius

Basileae, 1667

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-69028>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

E P I C E D I A

Piis Manibus

*Nobilissimi & Consultissimi,***D. JO. VILHELMI PAIERI,**

Patricii Scafhufiani, in Vtroque

Jure Doctorandi,

IN IPSO ÆTATIS FLORE

præmature obitu abrepti,


a

FAVTO RIBVS, CONSANGVINEIS

& plurima AMICORVM ferie

consecrata.

B A S I L E ÆTypis JOANN. JACOBI DECKERI,
Academiæ Typographi.

M DC LXVII.

E R I C E D I A

1811

1811

PAIERI

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811



DISSERTATIO
De
FAMILIA PAIERORVM.

Illuſtris Pajerorum familia per ſeculorum binarium, ex quo Schafhuſii hoſpitatur, ſingulari Superum favore omnivariam locupletata, in ſummo haecenus vigore ſplenduit. Ejus eſt amplitudinis, inq̃ tot diſiſa ſtirpes, ut ad veterum Romanorum morem non jam amplius familia, ſed gentis nomen mereatur. E nobilibus & Patriciis tum intra tum extra Helvetiae limites magis populoſam vix reperiſ; unicā forte an Zollicoferorum apud Sancto-Gallenses florentiſſimā exceptā, quacum Pajeriana noſtra toties fauſto ſidere ſocialia conjugii ſœdera iniit, ut utrinque in unam quaſi coaluerint, ac multiplici Conſanguineorum & Affinium nexu adhuc dum colligentur. Prætereo ſurculos, qui à primo trunco ejusq̃ ſuccreſcentibus ramis avulſi, & per ſequiorem ſexum aliis paſſim familiis inoculati viruerunt & hodiè vigent ſuperſtites. Pluries etiam Pajeris gentiles Pajeras matrimonio jūctas Patrum & noſtra vidit atas, denuoq̃ videbit: Unde multa nepotum & proxima pronepotum ſpes è ſolo Pajeriano ſanguine originem ducit. Quorum omnium è lumbis Joannis Pajeri, Conſulis Ampliſſimi, pronatorum numerus in tantum eſt innumerus, ut eodem labore

arenam marinam numeres, quo illorum scripseris catalogum. Iis autem Pajeri nostri à natura genii ingeniiq; dotibus instructuuntur, eâ solitudine educantur, tanto fervore ad optimarum literarum studia, variarum linguarum cognitionem, reliquamq; nobiliorum mentium culturam feruntur, eâ quin etiam dexteritate apud exteros expoliendi sui gratiâ versantur, ac per omnem vitam cum superioribus, equalibus, inferioribus ita conversantur; ut ex in domi forisq; literis & armis, totâ sagâq; Pajeriani nominis splendor sese ubiq; terrarum cum laude diffuderit. Quid memorem Pajeros à divis Imperatoribus honoratos, à Regibus Principibusq; Viris amatos, nec non in Aulicorum ac Consiliariorum cœtum ab ipsis allecctos, tam Politicarum rerum experienciâ, quàm bellicarum generosâ administratione celebres? Hisce de causis etiam Civium suorum oculos in virtutum suarum contemplationē rapuerunt, ut non sit eximius apud nos dignitatis gradus, ad quem Pajeri dudum non ascenderint. Ante omnia Pajero Patri, (qui & ^{fratris} ~~fratris~~ nostri Atavus) optimè de Republ. merito, Filium in summo Consulatus honore successorem datum legimus. Patrum dein conscriptorum suffragiis non unus è Pajeris Proconsule est electus: è quibus unum saltem indigito, maternum nostri Proavum, Joannem Conradum Pajerum, Virum Juris maximè consultum, in patriis rebus solertem, ad labores publico nomine obeundos cœlitus formatum; qui procellosis maximè temporibus, curarum socio Henrico Suartio JC. Consule, Pajerorum Affine Soceroq; vigilantissimus ad concreditum clavum assedit. Nolo Pajeros Quaestores producere, qui & summâ fide & optatâ dexteritate publicum ærarium procurarunt. Senatores è Pajeris sunt plures, quàm ut per compendium nominari queant. Sed & generosum Pajerorum Tritavifactum sine exemplorum multitudinem palàm innotuit, qui legitimè oblatum Senatorie dignitatis onus, persolutis fisco centum aureis, deprecatus, tam honoratus fuit honorum contemtor, quàm dignos honoribus

aptos.

aptosq. Reip. gerenda posteros ex sese progeniuit. E Curia me-
in forum & prætorium confero, ubi jure merito Pajeri glo-
riantur, quod sibi prætura urbana & præfectura S. Imperii
sive rerum criminalium per integrum sæculum gentili-
tia & quasi hereditaria fuerit. Numerantur & tabularii
custodes, tam primicerii quàm secundicerii: quã posteriorem
functionem cum laude, cum applausu hodiè obit Tobias Paje-
rus, mihi antehac in munere Professorio ab Amplissimo Ma-
gistratu adscitus Collega, quem honoratæ amicitie ergò no-
minatum volui. Ditioni Neunkirchiana in Latobrigis, par-
te agri Schafhusiani, publico etiam nomine cum imperio Paje-
ri non semel præfuerunt, & ex iis Martinus Pajerus, J.C.
Dominus in Haslach, qui paxa ejus nostri Atavum mater-
num, Alexandrum Pajerum Consulem, fraterno semper amore
est prosecutus. Porro etiam hominum memoriam nondum
superat, Præfecturas Helvetiorum Transalpinas apud Insu-
bres, cum administratio ipsarum per statas vices Schafhusianos
desideravit Magistratus, hoc sæculo omnes quatuor præviâ
Senatûs Amplissimi electione, Pajeris regendas fuisse concre-
ditas. Hos inter non ita pridem Luganensem Comitatum
Magnificus D. Joh. Fridericus Pajerus, acerbum nunc Filii
spem omnem transgressi obitum deplorans gubernavit, eâ ju-
ris dicti equitate, eâ superiorum faventiâ, eâ subditorum obe-
dientiâ, ut omnibus ante & post se in pari officiorum genere
circa dubium palmam dubiam fecerit. Ad hæc autem hono-
rum fastigia grassantur Pajeri ut plurimum per multi jugam
laudabilem rerum experientiam, laboriorum ad remotas
etiam gentes itinerum beneficio, mediantibus quinetiam
Musis, quas nequaquam despiciunt aut nobilitati suæ indeco-
ras judicant. Hinc omnibus anni si viribus alios quosvis lici-
to & nunquam satis laudato conamine in omnigena litera-
rum palestra antevertunt. Citius Themidi se consecrârunt,
non ignari, illam juris & æqui prudentiam suos Mystas ad

imperia & rerumpublicarum gubernationem viâ regiâ deducere. Præter Martinum Pajerum, cuius modo facta mentio, quiq; à multis Principum & Imperii Comitibus instar oraculi in perplexis casibus Politicis consilius, ad votum semper respondit, unicus adsit paxæ & nostri Patruus magnus Bartholomæus Pajerus, J.C. Prætoris & Præfecti Imperialis apud nos dignitate conspicuus. Hic magni illius Jacobi Feschii, Syndici & Antecessoris Basiliensis studiorum & peregrinationis socius, acutæ Jurisprudentiæ spinas suavi Historiarum & omni antiquitatis condimento ita temperavit, ut Adolphum Occonem tertium, Medicum Augustanum, in laudatissimo opere de numismatibus antiquis plurimum juvare voluerit: quâ de re plures adhuc epistolarum à p. Boetio tom. I. apud Filium conspiciuntur. Non contenti intimâ utriusq; Juris notiâ, Medicinæ sacris quoq; initiati non vulgarem nominis famam ejus exercitio sibi comparârunt. Testabitur id Alexander Pajerus, Illustrissimi Vitembergæ Ducis Georgii Comitæ Montis-Belgardenensis personæ Medicus, cuius manuscriptorum Medicorum fasciculus hereditario jure ad manus meas pervenit. Nepos ejus Johannes à vita vestigia in medica itidem praxi non infeliciter premere cœpit: sed nimium acerbis sese involvens, præmaturo fato desideratam saltem nominis sui memoriam, eamq; non ingloriam apud suos reliquit. Non reor autem, vitio mihi versumiri, quod de Medicis Pajeris differens unum ex Pajeri nostri majoribus, non Pajerum quidem sed tamen Medicum, ego inter Medicorum filios postremus subjungo. Poterat sub augustiori schemate in scenam hancce produci: cum consulari munere in patria sine pari dexterrimè & diutissimè sit perfunctus: Joachimum Vadianum Sancto-Gallensem innuo, Casareum Medicum, in Viennensi Academia Mathematicarum Professore, Poëtam elegantem, Theologicis etiam scriptis insignem, & renascentibus literis cum Joanne Camerte primum Geographia

graphia instauratorem: qui non solum veterum Geographo-
rum sparsa in bibliothecarum scriniis volumina varia ab in-
zeritu vindicavit, Pomponium Melam, Dionysium Afrum,
aliosq; pristino nitore restituere cepit, variis lectionibus do-
tavit, notis quin etiam commentariorum vice illustravit, sed
& plura è proprio penu in necessario hoc studii genere de-
prompsit, ob quæ totius eruditorum cavea plausum meruit, &
hactenus incomparabilis Polyhistoris nomen sibi acquisivit.
Pronuper tamen Jsaacus Vossius prodire in publicum ausus
tanti Viri manes improbo ausu sollicitavit, Vadiani annota-
tiones rus & stivam olere in præfatione sua in Pomp. Melam
scribens, ubi de plerorumq; in hunc autorem laboribus non-
minus impudenter, quàm iniquè judicat. Profectò, nisi supe-
rius seculum tot instauratores omnis literatura suscitasset,
multi etiam apud Belgas rure viventes hircum olerent, ser-
vilia rusticorum opera peragerent, & stivam loco calami
scriptorii manu versarent. Sed, quis parceret extraneo, quam-
vis inter doctos doctissimo, qui proprium parentem (terrestre
illud eruditorum numen) mediocris vel boni Grammatici ti-
tulo nominare dicitur? Redeamus ad Pajeros nostros, qui
Vadianum in eo imitari voluerunt, ut sacra quoque Theolo-
gia mysteria scrutarentur: quorum agmen ducitur à Nobi-
lissimo Henrico Pajero, Domino in Flach & Volsen/ pa-
trem habente cum, qui tñ paxæ & tñ nostro Proavus existit:
Sacra ipsius Philologia & summa Linguarum Orientalium
peritia, rerum divinarum scientia juncta, doctos omnes per
Germaniam & Galliam reformatam admiratores habuit.
Quamvis autem Pajeris pluribus Theologica ex professo &
studiosissime in Academiis tractare fuit volupe; quod publica
& privata exercitiorum Academicorum specimina ab ipsis
habita loquuntur: unicus tamen hactenus destinante Deo
Martinus Pajerus, Martini Jcti Pronepos, studiorum
& paxæ & tñ nostri antehac moderator, suggestum Ecclesiasti-
cum

cum conscendit, sacroq. Ministerio in agri Scafbusiani Ecclesia
Lonensi laudando zelo praest. Non literis solum incumbunt
Pajeri, sed & primarii audiunt literarum ac literatorum Pa-
troni. Non gloriantur fundis, praediis nobilitatem spiranti-
bus censibusve annuis, aut aliis divitiarum fluxis. Pauperibus
Christi Domini vicariis, aliisq. piis usibus multam bonamq.
bonorum suorum partem consecrare allubuit & adhucdum
allubescit. Quot donariis fundarunt & auxerunt Biblio-
thecam civicam? Quam munificentia sacrum verbi & venera-
bile ministerium sunt prosecuti? Quot florenorum millia
Pajeri zu der Fels/ in dem Thiergarte/ zu dem Trauben/ in
dem Schneeburg/ zu dem Moren/ aliisq. passim, in solamen
egenorum & studiosae juventutis seposuerunt? Quo affectu
prosequatur literatos & paucos nostri Patruus honoratiss-
simus, D. Joannes Ludovicus Pajerus non exprimam: nec si
exprimerem, adularer. Scio magnorum Virorum Berneggeri,
Freinsheimii, aliorum, non fucata elogia. Deus Reip. nostrae
bono multos hujusmodi Mecanates, multos pariter quovis
honore superiores largiatur. Neque oreticere Legatum Paje-
rianum ultimum pro sustentando Professorum binario, qui
cursum artium humaniorum, Philologiam nempe utriusq.
linguae & cum organicis Philosophiam quoq. realem pertra-
ctent. Faxit Ter Maximus, ut desiderii civium, studiis
anhelantium discipulorum, literarum bono & pie defunctae
testatricis codicillo, ab iis quorum voluntati nec majora im-
possibilia, brevi satisfiat. Hac mi Pajere, de Familia tua, de
Majoribus tuis raptim: Te appello, quia non degener Majo-
rum surculus: in Te veneror Majores tuos, in Te Familiam
tuam suspicio,

Et genus, & Proavos, & quae non fecimus ipsi,

Vix ea nostra putō.

Nec Te, nec Tui similes Poëta petit. Praeclaris Majorum fa-
cinoribus indigni privant se jure illo noscibiliter nascendi.

Gene-


Generosa Aquila non habent pulliciem imbellium columbarum. Laude digni sunt Majores tui : Tu Laudem ipsorum auges & facis gentilitiam. Majores videbâre superaturus : Quod fatalem tibi horam acceleravit. Amavi te vivum, quia laude dignus eras : Laude prosequor mortuum : quia meus erga Te amor vivit superstes. Amavi, inquam, Te vivum : Quis ergo laudanti mortuum irascatur ? Amoris etiam indulgentia veniam meretur, non pœnam : Patimini manes pientissimi, ut vobiscum colloquar, placidum quietis vestra non turbo, de quo vobis animitus gratulor. Utinam brevi ad beatum illud animorum consortium corporibus, aternâ gloriâ fulgentibus ritè parati evocemur !

FRID. LUCIVS SCRETA, D.



Erklärung über das Kupfer.

Johann Wilhelm Pöcher / I. V. L.



Donec Schaphusium Rheni lambetur ab undis
 Montijugisque suis vitibus uber erit.
 Quisquis es inducas animo benè vivere vitam:
 Ut maneant laudes nectareusque polus.
 Campanæ pulsu perpendas funeris horam,
 Tempore currenti cuilibet illa venit.

Uebersetzung.

Ich war ein Bräutigam / und hat mir auferköhren:
 Ein Liebste / deren war die tugend anerböhren: (wonn:
 Zum guld'nen Schwann hat ich / das mir macht freud und
 In meiner Jugend ich jetzt scheiden muß darvon.
 Herr Christus hat mich nun zur hochzeit eingeladen:
 In hohen himmels-thron / da er mit seinen gnaden /
 Mich ewig speisen wird. Ade was in der welt:
 Mir süß vnd lieblich war! jezund bin ich vermehlt
 Mit Jesu Gottes Lamb. Die Engel mich nun grüssen/
 Und sehen mich mit freudzu meines Heylands süßen.
 Ach traurig herzenleid! Herr Pater hatte kaum:
 Erlebt das zwangsigst jahr: und findt schon platz und raum.
 Bey denen die das Recht / als Doctor können lehren/
 Zu ihres nechsten nutz / und zu den höchsten ehren:
 Und wann nicht Gottes will / Ihn hätte so jung berührt:
 Hätt er diß herrlich werck zum end gar außgeführt.
 Ein treffliches beyispiel wol angewendter Jugend /
 Ein spiegel und vorbild der wissenschaft und tugend /
 Was hilfft jetzt nun die kunst / die sprachen mancherley/
 Und was von alter zeit bisher geschrieben sey /
 Die Länder / Völker / Stätt mit ruhm gesehen haben?
 Wann dieses alles wird in einem nun begraben.
 Nein! ob der Leichnam schon wird in die Erd verscharrt/
 So wird die Seele doch in Gottes Hand verwahrt:
 Vnd wird sein Nam bey vns des Nachruhms wol genießen/
 So lang der Rhein herab bey vnser Stätt wird fließen.
 So lang das Randgebirg mit Bäumen steht geziert/
 So lang sein grosses Lob in nuser Stätt floriet.

Dingegen laßt uns auch also hinfürer leben/
Daß uns zu seiner zeit der Himmel werd gegeben:
Ein jeder Glockenstreich rufft vnser Seelen zu:
Mensch/rüfte dich beyzeit zu der himlischen Ruh.

JOH. CASPARVS STOCKARVS, Senat.

Anno ætatis 70.

II.

A Ttonitas aures nuper tristissima fama
Perculit, & totum me mihi surripuit:
Honore implevit vix credita mortis imago,
Alget adhuc animi vis superata mei.
PAIERVS meus, ille meus, meus ille, laboris
Ille mei requies, molleg; delictum
Candidius vixit, nondum mutatus inani
Corpore, non solo nomine nomen amans.
Discipulus fuerat studio, spe Doct̃or, utrumq;
Ius novit geminâ dexteritate satur,
Vt perhibent cuius tentamina nescia. vinci:
Vicis, Victori ferta ligata patent,
Serta ligata patent, è nubibus illa patebant
Auspicii sacri; ferta ligata jacent.
Spargimus hæc urnæ, tenebris pugnantia cæcis:
Nascentur vacuo non peritura solo.
In gravibus, PAIERE, tuis, sub pondere rerum
Pressus deponis nunc gravitatis onus,
Extremum hoc rogans, mihi sit mea vita negata,
Nil mihi terra neget, sis mihi terra levis.
Marcescat vigor eloqui, me contegat umbra,
Inq; meo clauso palleat ore lepos.
Non steriles egi transmissi temporis annos;
Aptus eram imperiis, sum minor imperio.

JACOBVS BRANDMYLLERVS, Basileæ

Pand. Prof. ordinarius.

III.

Arbore poma cadunt, prolem genitorq; superstes
 Cortice sed sicco despicit exanimem.
 Flens casum sobolis mollis mage non miser, hoc flet
 PAIERVS; quod non fleverit illa prius.

PETRVS WERENFELS,
 Eccles. Basileensis in summa aede
 Administer.

IV.

Alma Themis laurum nectit, dea Cypria myrto
 Vult PAIERE tuas implicuisse comas.
 Ut fervent illic nomicis loca sacra triumphis:
 Auratas templi pandit Apollo fores.
 Isthic sponsa tuas jam deducetur ad ades:
 En, hymeneus adest; en, paranympheus adest.
 Torvum Morta videns infausto musitat ore;
 Arripe Phæbe fugam, sis Cytherea procul.
 Non ego bina simul spectacula candida posco:
 Candida fessorum noster inumbret atror.
 Haut mora pullatis, socias extinguere tadas:
 Laureaq; & myrtus falce resecta cadunt.
 Haut mora; lethæo PAIERVS sternitur ictu,
 Immiti juvenis fulmine tactus obit.
 Invida vicisti? penes est victoria victum:
 Tu geminum victrix tu quoque victa jaces.
 Quem tua legifera rapuerunt fata tiara,
 Sponsaq; cum gemitu quem viduata dolet,
 Aetherei is Doctor Juris trans sidera gressus
 Aeternum Christo sponsus amatus orat.

FRIDERICVS LVCIVS SCRETA
 à Zavorziz, Philos. & Med. D. Reip.
 Scafhusianæ Medicus.

V. Sic-

Siccine, sic Mortæ Themidem concedere fas est,
 Ejus & insultus nequit arte repellere Pallas?
 Nobilitatis honos inlustris pectore virtus,
 Lucentes facie Charites, viridisque juventa
 Conjunctimné litant ardenti in funera Matri?
 Dimidium vitæ longinquas fortiter Oras
 Sectantes, sequitur; nulloque idiomate flecti
 Sustinet, & variæ succumbit gloria linguae:
 Nec dulci Lucina valet mollire querelâ
 Crudeles ausus; imò nec pectore nymphæ
 Plangentis ducti ferientesque æthera lessus:
 Conceptam Patris spem deliciasque futuri
 Frustratur Soceri, socialia pactaque solvit,
 Pacta cupita diu multumque probata propinquis:
 Plaudens incassum præconia necere vulgus
 Intendit, votisque locus præcluditur omnis.
 Quin potius mitem Sortis sufflaminat auram
 Pejerumque insana rapit Dea, nescia vinci.
 Scilicet exequitur studiosè jussa Tonantis,
 Surgens qui terris sydus sacravit Olympo,
 Sunt ubi sancta quies, nitidis nova semper in astris
 Gaudia, Divini nunquam fastidia vultus.
 Nunc alias tædas, alios meditatur honores,
 Perpetuum felix, nunquam marcente juventâ
 Vivit, Fortunæ ridens quæ dona tulisset;
 Cœlesti sponso junctus, sibi jungere sponsam
 Appetit in cœlis, letho Terræque triumphans.

 ALEXANDER PEYER.

VI.

Ergone PAIERVS ferali conditur urnâ,
 Occidit in vita vix mediâq; die?

Ergone

Ergone nunc factus Libitina questus acerba,
 Nestorios qui annos vivere dignus erat?
 Ergone Musarum, Charitum generosus alumnus,
 Qui patriæ & generis gloria tanta sui,
 In tenebris recubat, Parcarum prada ferarum
 Redditus est, fumus pulvereusq; cinis?
 Crudeles Parcas! quam tristia nuntia mortis
 Cuditis hostili vosq; nocente manu.
 O utinam liceat tantum sedare furorem,
 Supplicia tetricas flectere voce Deas!
 Spernitis at lacrymas masti libamina fletus,
 Pectoris & gemitus temnitis atque preces.
 Quid igitur prodest alto indulgere dolori?
 Quid juvat è lacrymis immaduisse suis?
 PAIERI ad Manes præstat me carmine vertam,
 Et memori semper Religione colam.
 Accipite interea Manes mea carmina masti,
 Tessera candoris sint ea certa mei.

M. JOH. HENRICVS HOFMANNVS.
 V. D. Minister.

VII.

D Vm tumulos PAIERE, tuos, præcisæque vitæ
 Stamina florentis fama dolenda refert,
 Me mihi surripior, nec funebre dicere carmen
 Permittit rodens viscera nostra dolor.
 Nobilitas, Virtus, doctrina, modestia, vultus
 Gratia, melliflui candidus oris honos,
 Et Pietas, sincera fides totiesque probatum
 Pectus in adversis, Te moriente cadunt.
 Quos fueras meritis, Tibi mors invidit honores,
 Sed Deus æterno temet honore beat.
 Quos fueras meritis, Tibi mors invidit amores
 Sed gaudes summi lætus amore Dei.

Non

Non recosam nostræ quondam commercia vitæ,
Quando mei hospitii nobilis hospes eras;
Quando graves cum sale jocos, cum flore lepores
Spargebas, docta cum pietate tuos.
Non finit hoc luctus, lachrymarum largior unda
Impedit, & calamum sistit amara meum.
Ergò vale, mens sancta, vale; dum fata jubebunt
Ponè sequi, laudes commemorabo tuas.
Solentur tristes cœlestia jussa Parentes,
Et placeant, summo quæ placuere Deo.

JOHANNES TONJOLA, V.D.M.

VIII.

Flet cineres Schafhusa tuos, *PAIERE* beate,
Et tristis cineres flet Basilea tuos.
Flet civem Schafhusa suum, consorsq; doloris
Flet civem quondam Te Basilea suum.
Eheu! qui nostris olim nutritus Athenis
Excelsa mentis tot documenta dabas,
Familia spes summa tua, spes unica Patris,
Ut flos occidui, decidis ante diem?
Noster amor quondam, nostræ non ultima mensæ
Gloria, sic nobis occidis ante diem?
Non cadis ante diem, non immaturior herba
Abriperis, cælo qui satis aptus eras.
Scilicet in superos Dominus Te transtulit hortos,
Tutius ac illic nobile stemma vires.
Nos manet infesti tempestas plurima mundi,
Nec licet hîc unquam perpete pace frui.
Gaudemus sortemq; tuam, nostramq; dolemus,
Dum Tecum Dominus nos jubet esse pares.

Hiscæ paucistrisissimum & insperatum piæ defuncti obitum,
lugentes prosequébantur ipsius quondam Basileæ

COMMENSALES.

Post genere illustri natum, virtutibus auctum
 Grande decus, Patriæ delictumque tuæ:
 Post Italos Gallosque sonos, peragrataque regna
 Amborum: Themidos post penetrata sacra,
 Post cum iudicio visas Germanidos oras,
 Sidera Teutonici conciliata Poli.
 Cæsareas tædas spectare ut temnere posses,
 Vindobonæ tandem dum cupis, ecce Deus
 Te magis augustos rapit ad, P A I E R E, triumphos.
 Et nunc Austriaco Cæsare major ovas.
 Heic ubi Sponsa cales animam, Leo-Agnus ad astra
 Evocat, & sociam quam cupit esse thori.

J. J. H O F M A N N.

X.

Ambos una dies patriis eduxit ab oris,
 Alpestresque apices scandere utrique datum.
Vidimus Italia campos, Insubria tecta
Incolimus, donec tertia mensis adest.
Gallos deinde simul petimus, Musisque litantes
Debita cum mutis tempora conterimus.
Primitus à nobis hic est discessio facta,
Est & uterque aliam jussus inire viam.
Te post hæc celebri recipit Basilea Lyceo,
Præsentemque suo fovit amata sinu.
Hæc sua poscanti tibi munera divite censu
Promittens, justo diribitore dabit:
Cultori Astræ tandem concedet honorum
Summa, volens doctæ cingere fronde caput.
Mi placet ulterius Francorum nobile regnum,
Post fortemque aditi Teutona, Belga, Brito.
Gallia visa iterum, cum sancto fœdere regis
Liligeri Helveticæ dextera junctæ manu.

Limi-

*Limnibus donec confedimus ambo paternis :
Parva tibi hic requies nec diuturna mora est.
Austriacum vidisse solum fuit unica cura ,
Et quicquid divi Caesaris aula tenet.
Cur patrios iterum linquis , Cognate , penates ?
Ominor , infestos experire lares.
Immani manes te duraq; fata manebunt
Tertia cum reditus venerit hora tui.
Sic est , cui sano sua præbuit hospite tecta
Tabæ macrescentem celsa Vienna dedit.
Maternis placidè tandem obdormivit in ulnis
Atque aurâ potuit liberiore frui.*

JOH. LUDOVICVS PATERVS.

XI.

Natus denatus, vim supra & usque Renatus
Victus, Victurus, vivificante Fide.
Mox oritur, moritur, cadit ut stet, morte resurgat,
Sic agit innatas Mors sibi, Vita vices.
Occidit ante dies malè, sed benè possit oriri
Sole nec occiduo, vivere postque dies.

ALIVD.

Heu! Puer occubuit Jovius, formosus Adonis;
Verè novo Vernans, Lilia sive Rosa.
Lux, Decor, Exemplar. Juvenis, Venerabile Morum;
Nobilis effigies Nobiliore Typo.
Integer, ingenuus, facilis, Musisq; voluptas,
Gloria clara virum, chara que cura Deum.

Θεογενέας Ένασσα

p.

M. JACOBVS MAXIMILIANVS MEYERVS,
Basiliensis.

C 2

XII.

Les plus cuisans malheurs trouuent allegement
 Quand nos coeurs affligés se rendent sagement
 Au deuoir d'un Chrestien, ostant á la nature
 Tout ce qui fait sentir vne perte trop dure.

Pour se soulager du trépas tres-sensible
 de son Cousin

J. J. P. á la Rose.

XIII.

Kling-Gedicht.

Den weg des erden-stätschs ist ainer hingezangen/
 Der edel von gebürt von glarhait edler war/
 In dessen teurer Seel Astræa wante gar:
 Auch diesen hat der wut des schlanken tods gefangen.
 Seht Vatters, Mutter und Groß-Vatters nasse wangen:
 Seht Brüder, Schwestern. Ich nenne niemand mehr:
 Mehr herzen fülten laid. Er starb in hoher Ehr
 Daß sein berühmter namm wird ewig bleiben hangen
 In dem Parnassus-saal. Doch wegen vieler müß
 Bei jungem alterrumb scheint dieser fall zu früh.
 Es ist ja jeder mensch mitleidend zu erwaihen/
 Weil Vajers zarter leib stain-starrend ligt erbläst
 Bad finstrer erd-gruñt zu vom sart ist eingefast/
 Thun harre felsen selbst herzwaiche trauer-jaichen.

JOANN. JACOBVS LEVBINVS,
 Præceptor Classicus & Cantor.

XIV.

Kling-Gedicht.

Mun ligt der blasse leib mit schwarzem grund bedeket/
 Den längst sein hoher geist/ und treflicher ferstand
 Hat himel angefetzt/ zum reichen tugend-psand:
 Ja dessen freundlichkeit uns film als lust erweket/

Der

Der ist nun bingerafft / zur erden ausgefretet:
Der vormals süsse mund küßt iez den dürren sand;
Und der zum öfftern hat gefast der liebsten hand/
Den fast der schnöde sart / in tieffer grufft ferstet.
Doch wirdt sein grünes lob der überschönen gaben
Der grauen ewigkeit ferbleiben: eingesezt.
Darumb o ädle freund / die wangen nit mehr nezt
Mit haisser tränenflut. Er lebt / so ligt begraben:
Deß Himmels süßer tau iez seine Seel erkwilt;
Legt ab die schwäre traur / in seinen tod euch schilt.

Benedict Goosweiler.

XV.

Wie / ist dan mein Edler freund Junker Pajer tods ferblichen?
Ist ein tugendhaste Seel / son dem leibe abgewichen?
Der so zierlich hatt gezümt / dem die schönheit zugesellt /
Dem die ware freundschaft / rüm und ehre zugesellt /
Dem die kunst und wissenschaft / hat den braiten weg gebanet /
Daß er zu der Ehren-fron (son sich selbst an gemanet)
Können können wan er wolt; der mit wissenschaft die kunst /
Mit der kunst das tugend-lob / mit dem tugend-lob die gunst
Deren die Jhn wol gekannt / wolferdienet hatt erworben /
Ist dan / frag ich / dise blüm / Junker Pajer auch gestorben?
Wan gestorben sein / nur ist; wan das fest fernknüpste band
Dises leibes und der seel / durch deß grossen schöpfers hand
Also stark und wunderbar / durch sein hohe kraft gebunden:
Wan / sag ich / diß Edle band / wirdt som tod entzwait gewunden /
Ist dahin gestorben sein? Ja so ist mein freund auch tod
Weil der adeliche leib / weil die farb son weiß und rot
